Domine in æternum cantabo. recordemur sæpe illa uerba et non desere-
bimus. Si dereliquerint filij eius legem meam et in iudicijs meis non am-
bulauerint, si iustitias meas prophanauerint et mandata mea non custodi-
erint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, misericordiam autem non dis-
pergam ab eo neque nocebo in ueritate mea, et qua procedunt de labijs meis
non faciam irrita. semel iuraui sancto meo, si David mentiar, semen
eius in æternum manebit, et thronus eius sicut sol in conspectu meo, et sicut
luna perfecta in æternum. Dereliquimus igitur et ideo misere Christiani
legem Dei, imo potius a malis illis domesticis consultoribus decepti eam
contempsimus, non ambulauimus in eius domini, euanuimus in cogitatio-
nibus nostris, in diuitijs, plerunq; uitiorum ministris, in sanscitibus comitibus
superbia et uanitatis, in malorum omnium ecca uoluptate omnia nostra
studia posuimus, iustitias dei prophanauimus, interpretantes impudenter
eius iudicia, mandata eius non custodientes, nec colimus deum ut de-
bemus, nec ea qua a nobis requirebantur Christi exempla dedimus, uisi-
tauit et uisitat in uirga iniquitates nostras, permittit immanissimam
Turcarum gentem regnare et orbi terrarum formidabilem esse. Hæreses
rabias pullulare et crescere et conseruari in Rep: Christiana miseran-
dum, qua tantopere est afflicta discordiam, non dispergit tamen miseri-
cordiam a nobis, a populo tuo, ab Ecclesia sua, pro qua sanguinem fudit

Christus

Christus, cui profuturum dixit usq ad consummationem seculi; aduersus quam
non praualiturus affirmauit portas inferi, non nocebit nobis. hoc est animes
nostras. si scelerum nostrorum ueniam petimus, et in Ecclesia gremio
manentes Christi caritatem adsibuimus, ab æterna habebit. et ita semen
Christi Ecclesia sua sancta in perpetuum manebit, et eius apostolica sedes
in conspectu suo sicut sol et luna perfecta dixit. Sed hic cum tenebris
cit in æternum, quamobrem et illes iure clamare potest Ecclesia. Sepe expugna-
uerunt me a iuuentute mea et non potuerunt mihi. Idolatræ, Tyran-
ambitiosi philosophi et innumerabiles hæretici Ecclesiam euertere conati
sunt, non potuerunt tamen, eorum conatus irritos fecit Deus et faciet,
de pulchritudine et dignitate eius detrahere nihil potuerant, est enim
speciosa et dilecta deo, nec in ea est ulla macula aut ruga, perturbare
illam quidem ambitio et uanitas multorum potest, euertere peruersi-
tas hominum non potest. de ea enim dixit deus Sic habitabo. hæc requies
in æternum quoniam elegi eam. Hæc ipsa meditatio his afflictis tem-
poribus Christianis hominibus consolationem afferre potest maximam,
atq etiam efficere ut inde documenta non minima ad humilitatem
discendam et res humanas despiciendas discantur. Christi humane salutis
autoris res gestas, paupertatem et calumnias quibus exercere est passus
qui perpendit, dum optimi Ecclesiam a domesticis inimicis, eius facultates